

Accipe igitur ilari: qua clientum tuorum omnia soles fronte munusculū Pii cliē-
tis, quē iam pridē tanti benignitas tua fecit ut a secretis esse uoluerit, et titulo fa-
miliari decorauerit. Accipe in quā serenus ac exultās Flaccū Valerium Argonau-
tica latinā uocalissimum preconem nomini tuo peculiari nuncupatione dicatū,
ut Virbium Hippolytum ab orci faucibus diligentia nostrā reuocatum. In quo
tot mendacilitatē, caluitia defectus uerum sensum interueterant, ut Flaccus in
Flacco, sicuti de Samnio prouerbialiter circumfertur, quā reteret nec inueniretur.
Orpheus poeta græcus, Rhodius lucubratisissimus auctor, Rhodiūq; interpretes me
plurimū iuuerunt. Nonnihil et Codex castigatior, quem Liberalitas. R. Farnesij
utraq; literatura perinsignis, quem principem ingenij ac uirtutis appellare soleo;
mibi per liberaliter obtulit: Lima Pomponij Latini industriæ ac perfacidij professo-
ris elimatū. Aliū quoq; multis in locis manu Fabricij Varrani episcopi Camertis,
emaculatum. Adminiculum quoq; nō paruum attulit Iacobus Orodryinus scri-
ptor apostolicus, quem transmarina latinæq; uenus laureola parnaside decoratū,
oblato codice Dacico, suspiciendæ antiquitatis, quibus ut Zeuis ex diuersis cor-
poribus, unam, et nī fallor, integram formam, et rediuuam imaginem reciduo
Flacco præstitimus. Tu felix ac sapientissime princeps munus quātulūcūq; a Pio
clientulo oblatum: a qui boniq; facias, qui cum maiora iniquitate fortis et atatis
sux quæ donet nō possideat se ipsum, ingenium suum, industriam, studiū obtu-
lit, qui uirtutum tuarum memoriā præconiumq; pollicetur. Nec in pusillo ma-
gna expectes, et tuo fulgore cōdigna. Sed animi tibi deditissimi fidē, propēlamq;
uoluntatem. Hac ego cōtētos auguror esse deos, quorum in numero adscitus,
utinam serus cælum a stro rutilantissimo collustrabis. Vale et uice terfelix, et supra
Nestorē senesce: Memor in horas orbis fere totius oculos in te, non secus ac pon-
tificem maximum, esse conuersos, Platonisq; subinde sententiā illā auream: ha-
beas, in ore, quam in quadam ad Dionysium epistola reperies his uerbis. Non est
negligendum a nobis, sed curam habendam temporis subsequēntis. Fit enim
natura quadam ut ignauissimi homines nihil curent, quæ sit de ipsis futu-
ra opinio. Probatissimi autem uiri cuncta faciunt quo in futuris sa-
culis bene de se loquentes homines audiant. Quam ego coniectu-
ram facio esse aliquē sensum his qui mortui sunt rerū nostrarū.
Quoniam optimi animi sic forte diuinant, deterrimi autem
nequaquam. Quare Princeps optime multo magis
uerere quid de te hinc ad annos sexcētos lo-
quentē hystoria, q̄ eorū hoium qui
hodie uiuant ramusculos
inepros. Iterū Va-
le terbea-
tus.